Fragmentarium

equentibus nos recognitione
indulgentiam. concede defunc-
tis nostris. et omnibus in christo quiescenti-
bus remissionem omnium peccatorum et re-
quiem sempiternam. Per eundem do. *Secret.*
In conspectu divine maiestatis
tue quesumus omnipotens deus. interce-
dente sanctissima dei genitrice semper
virgine maria. et beatis omnibus
celestibus virtutibus. sanctis quoque pa-
triarchis. et prophetis. apostolis. e-
vangelistis. martiribus. et confes-
soribus. et virginibus. atque omnibus
simul sanctis tuis: oblationes
nostre et preces ascendant accepta-
biles. et tua propiciacione veniam
nobis et pacem tribue: hostem et
omnem et pestem a nobis repelle.
fidem spem et caritatem nobis
auge. defensione tua nos ar-
tege. hostium nostrorum superbiam
et virtutem contere. omnibus nos-
bona facientibus gracie tue habun-
danciam tribue. discordantes
ad pacis bona converte. defunc-
tis nostris requiem concede. et omnibus
fidelibus vitam sempiternam largi-
re. Per eundem do. *Postcommunio.*
Per huius sacramenti misteri-
um atque virtute quesumus domine deus noster
... sanctissima dei genitri-
ce semper que virgine maria et be-
atis omnibus celestibus virtutibus
sanctis quoque patriarchis. prophetis.
apostolis. evangelistis. martiribus. con-
fessoribus. et virginibus. atque omnium
simul sanctis tuis intercedentibus.
peccatorum nostrorum macule deleantur. et
preces nostre in conspectu maies-
tatis tue acceptabiles inveni-
antur. populus tuus a peccatis et hos-
tibus liberetur, et fidei rectitudine
roboretur. hostium nostrorum superbia et
fortitudo prosternantur. pestilen-
cie et fames procul pellantur. bo-
na nobis facientes gracie tue ha-
bundancia repleantur. discordan-
tes in fraternam pacem revocentur.
defuncti nostri requiem consequantur.
et omnes fideles tui vitam eternam
adipisci mereantur. Per eundem do.
Alia or generalis di in iiij fer iiii.
Omnium sanctorum tuorum in-
tercessionibus quesumus domine gratia
tua nos semper protege. et christianis
omnibus viventibus atque defunctis
misericordiam tuam ubique pretende: ut
viventes ab omnibus impugna-
cionibus sint tua opitulacione
defensi. et defuncti remissionem
mereantur suorum omnium accipere pec-
catorum. Per dominum. *Secretum.*
Oblaciones nostras quesumus domine pro-
piciatus intende. et ob tuorum omni-
um sanctorum honorem veniam nobis
nostrorum tribue peccatorum. et christianis
omnibus viventibus atque defunc-
tis. hec presens oblacio et presen-
tis vite subsidia et future premi-
a eterna adquirat. Per do. *Postcommunio.*
Hec sacramenta que sumpsimus
domine meritis et intercessionibus om-
nium sanctorum tuorum nobis ad sa-
lutem proficiant: et christianis
omnibus viventibus atque defunc-
tis te favente eterna ac tempora-
lia premia benigne adquirat. Per
do. *Alia or generalis et di in v fer ...*

License: cc-by-nc – Exeter, Exeter Cathedral Library, F/15, verso – Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-5zmj/4133/43290)